

esse Elsam, habenda ratio fuit non tam designati alieni regis, quam designantis prophetæ. Quod autem apud Romanos aliqui magistratus olim solemnem quâdam et sacrâ initiarentur unctione, docuit Varro lib. 5 de Lingua Latina. Qui postquam alios adduxit solemnem ritum, advocari dixit viros quosque præcipuos in templum; post hæc addit: « Ubi lucet, censor, scriba, magistratus, myrrha unguentisque ungetur. »

De Jehu idem puto dicendum, idque potiori jure, cum rex futurus esset Israel, neque ob stare arbitror, quod nonnullis, ut negarent ab Eliâ unctum, argumento fuit, quia lib. 4 Regum cap. 9, unctus fuisse traditur à prophetâ, quem ad id negotii miserat Eliseus. Nam nihil inusitatum video, cum secundò unctus dicatur fuisse Saül, et tertio David. Neque præterea otiosa fuit posterior hæc unctio, cum ungi potuerit ab Eliâ tanquam rex à Deo vocaretur ad solium et regale munus; illud verò tempus jam advenisse posterior unctio definiret, sicut etiam accidit in unctione Davidis.

De Eliseo plures negant, et dicunt pro unctione, et oleo fuisse pallium, quo Elias Eliseum operuit. Ita historia Scholastica, Dionysius, Rabbanus, neque id Lyræ et Abulensi displicet. Sed idem ego de Eliseo atque de aliis regibus dicendum esse censeo. Quid enim prohibet? Dicunt aliqui de his unctionibus nihil haberi certum in Scripturâ sacrâ; neque vident plurima omitti, quæ salvâ religione negari non possint, cum aliis locis tradita fuerint, aut saltem indicata. In his autem unctionibus satis est à Domino fuisse præceptas, ut credamus à tanto viro non fuisse omissas. Sanè hos tres fuisse initiatos verâ et propriâ unctione, docet Innocentius III, de sacrâ unctione cap. unico, dum hujus verâ unctionis tria hæc adducit exempla. Porrò quid præter unctionem habuerit Eliseus ab Eliâ pallio, dicemus suo loco pluribus.

In eo etiam quod deinde traditur, ab Eliseo occisum iri eos qui à Jehu et Hazaelis manibus elapsi fuerint, aliqui nonnihil vident, quod admirentur, et ita futurum esse negant, sicut præ se fert ipsius litteræ proprietatis. Angelomus: « Non ita, inquit, accipiendum est, quod propheta Dei Eliseus homicida futurus sit et tyrannus, sed magis spiritualiter intelligendum, quia justitia divina, quæ singulis reddit opera sua, punit peccata hominum

« aliquando manifestâ ultione, aliquando occulto iudicio, vindicat per reges et iudices « vindicat per prophetas et sacerdotes, cum « alios nocentes facit plecti mucrone, alios « transverberat gladio linguæ. » Et adducit illud Osee cap. 6: *Dolavi eos in prophetis, et occidi eos in verbis oris mei.* Simile est illud Isai. c. 11: *Percutiet terram virgâ oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Eodem modo putant Rabbanus et Hugo. Sed sanè hujusmodi locutiones in hunc locum minus apte cadunt. Nam eodem modo occidendi dicuntur ab Eliseo homines impii, quo ab Hazaele et ab Jehu, quia videlicet qui fugerint duorum regum manus, id est, qui ab illorum armis interfecti non fuerint, non effugient manus Elisei, id est, illam subibunt mortem, quam se evasisse crediderant, mortem utique corporis.

Quare dicendum est reverâ transfugas à verâ religione ab Eliseo fuisse sublato, quia aut ferro occisi, quo modo ab Eliâ sacerdotes et prophetæ Baal, vel oratione, quo modo cœlitus igne quinquagenarii cum suis quinquaginta perierunt. Quando ferro viros idololatræ Eliseus confecerit, non legimus, neque enim omnia quæ gesta sunt, à sacrâ produntur historiâ. At oratione et imprecatione minaci aliquos esse peremptos, habemus lib. 4 Regum cap. 2, ubi quadraginta duo pueri de Bethel, id est, de præcipuâ idololatrarum sede, interfecti traduntur. Neque est improbable, qui imprecatione suâ hos occidit insultantes pueros, eundem alios quoque plurimos eodem sustulisse spiritu de medio. Ita putant Abulensis quæst. 25, et Lyræ, Cajetanus et alii. Quomodo Hazael et Jehu rem Israeliticam, et regis Achab familiam durè multaverint, commodior succedet postea disputandi locus (1).

(1) ELISEUM... UNGES PROPHETAM PRO TE. Questus fuerat Elias cum Deo, se unum prophetam reliquum veri Dei superesse, quem pariter è medio subducere illatâ nece molirentur. Adjutorem hic illi Deus et successorem Eliseum jungit. Vir erat nullo rei gestæ facinore eximius, quo pararetur ad prophetiam. Agebat Abelmeulæ, urbe tribus Ephraim, vel Manasse cum suis, notæ probitatis hominibus qui consocios se superstitionis vitulorum aureorum non dederant. Mandavit Deus Eliâ, *ut illum ungeret*, ex quo colligere visum est, tria hominum genera apud Hebræos unctione initiari consuevisse, sacerdotes, reges et prophetas. Sed è postremis hisce unicum hoc suppetit Elisei exemplum, ipsi quoque non satis perspicuum et certum; nusquam enim legimus, Eliam cum virum hunc ad munus prophetiæ evocavit, oleo in caput affuso consecrâsse, quæ sanè

VERS. 18. — ET DERELINQUAM MIHI IN ISRAEL SEPTEM MILLIA VIRORUM, QUORUM GENUA NON SUNT INCURVATA ANTE BAAL. Dixerat Elias supra, do-

animadversio in re præsentem omittenda non videbatur. Illud solummodo conveniens Elias, pallium suum humeris ejus iniecit; dein permisit, ut quæcumque vellet, ageret; se quidem ea explèssè quæ sibi fuerant imperata. Ex his non malè colligas, ea verba: *Ungetur enim prophetam pro te*, designare tantum: Vocat illum ad munus prophetiæ signo aliquo, vel humeris pallio injecto. Apud S. Epiphanium in libello de Vita et Obitu prophetarum, et in Chronico Alexandrino, legitur in ipso, quo exortus est Elias, temporis articulo, unum ex aureis vitulis, in Galgalis erectum, tam horrendum immugiisse, ut Hierosolymam usque sonus reboârit. Nuntiabat autem raucè sono mugitus ille, exortum esse hominem singularem à quo idola omnia fusilia everterentur ac confringerentur. Sed traditiones istæ fidei sunt sublestæ.

ABELMEULA. Eusebio et S. Hieronymo urbs ista decem mille passibus à Scythopoli distat, jacetque in plagâ meridionali et in magno Campo. (Calmet.)

« De quo se mêlent, disent les incrédules, « Elie et ensuite Elisée de désigner un roi à la « Syrie, et un autre à Israël; de cabaler chez « une nation et dans un royaume étranger? « Ce sont les vrais auteurs des révolutions « arrivées dans ces deux états. » Ils se mêlent de ce que Dieu leur commande, et l'ordre de Dieu est prouvé par des miracles. Ces deux prophètes n'ont cabalé ni en Syrie pour Hazael, ni dans Israël pour Jehu; ils n'ont contribué en rien à ces révolutions. Lorsque les rois ont péri dans les batailles, sont morts de maladie, ou qu'ils ont été tués par trahison, les incrédules prétendent que les prophètes en ont été la cause, parce qu'ils ont prédit quels seraient leurs successeurs. Jehu tua le roi d'Israël, extermina la maison d'Achab et tous les adorateurs de Baal; mais ce ne fut ni par les conseils d'Elie, qui n'existaient plus, ni par ceux d'Elisée. La prédiction en avait été faite plus de vingt ans auparavant. Les malheurs de la nation juive ont été causés par les crimes des rois et du peuple, et non par les prophètes, qui ont fait tout ce qu'ils ont pu pour les prévenir. (Duclos.)

VERS. 17. — QUICUMQUE FUGERIT GLADIUM HAZAEL, OCCIDET EUM JEHU. Oraculis hisce sua fides constabit inferius, 4 Regum 8 et 9.

QUICUMQUE FUGERIT GLADIUM JEHU, INTERFICIET EUM ELISEUS. Nusquam legitur in Scripturâ Eliseus gladium in eujuspiam necem eduxisse, sed immisisse tantum ursos in quadraginta duos pueros Bethel sibi illudentes. An verò illud vim totam implèssè hujus oraculi censendum est? Maluerim ego ita interpretari: Si Hazaelis de impiis Israelitis ultio minor fuerit, supplebitur à Jehu; et nisi Jehu consilia omnia mea impleverit, absolvet Eliseus. Non tamen ita reputandum est, quasi Eliseus reipsâ in necem alicujus armandus fuerit. Jehu mandata omnia Dei in domum Achabi explèvit. Hazael in miserum illud regnum plus nimium malorum intulit; quod explendum superasset Eliseo, nihil erat. (Calmet.)

lere se vehementer, et religionis zelo intimis uri præcordiis, quod ex Dei cultoribus ipse tantum fuerit relictus in Israel; consolatus illum Dominus fuerat, cum duos reges et prophetam unum esse dixit, qui causam Domini tuerentur, et Baalidolorumque cultores ferro conficerent, aut certè sic atterent, ut pro mortuis judicari potuerint. Sed hoc non poterat esse prophetæ non molestum, cum juxta suam opinionem nullus ex tantâ Israelitarum multitudine videretur esse relictus. Hæc igitur de re iterum Deus consolatur prophetam, et ab hoc etiam mœrore atque sollicitudine relevat, dum ait, etiamsi omnes extinguantur idololatræ, futuros tamen esse plurimos, qui nunquam ad Baalis aras supplices accesserunt, quos ab hostili ferro pietas exemit.

Interpretem plerique hunc certum esse numerum existimant, quasi tantum in Israele fuerint virorum septem millia, qui à religione verâ non defecerunt. Quod quia placet pluribus, mihi etiam placere debet. Nihilominus nescio quo modo ad hanc cogitationem durius afficior. Nam ex tantâ multitudine exiguum hunc numerum esse relictum, qui uni Baal, id est, Sidoniorum deo, flexo genu non supplicaverint, videtur non omninò facile; neque enim hic de vitulis aureis, et aliorum idolorum monstris sermo est, nisi de uno Baale. Nisi dicas Baalem hic per synecdochen usurpari pro reliquâ idolorum turbâ. Sanè multò plura Israelitarum, quam septem millia esse relicta, videtur certum omninò, cum post tempora Hazaelis et Jehu magna fuerit Israelitarum regum potentia, et exercitus numerosos sæpè conflaverint, qui ex tam exiguis reliquiis conflare non poterant. Quapropter suspicabar ego numerum hic finitum et determinatum, pro infinito et indeterminato sumi, quod cum in aliis numeris sæpè in Scripturâ sacrâ fiat, in septenario sæpissime factum observamus. Illud Proverb. 24: *Septies in dies cadit justus*, omnium consensu magnum significat et indefinitum numerum, valetque idem quod sæpè. Idem dicendum de illo Psal. 118: *Septies in die laudem dixi tibi*; et Psal. 11: *Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.* Et ubi vulgatus legit, 1 Reg. cap. 2, in Cantico Annæ: *Donec steris peperit pluri-*

ET QUICUMQUE FUGERIT GLADIUM JEHU, INTERFICIET EUM ELISEUS, gladio non corporali, sed spiritali, puta gladio linguæ, quæ eos acriter redarguet, minabiturque mortem præsentem et æternam, inquit Angelom., Rabbanus et Hugo. (Corn. à Lap.)

mos, Hebræi habent et Septuaginta, *septem*. De hoc septenario numero vide apud Salmeronem proleg. 20 de septenario numero, ubi docet septem millia virorum (de quibus hoc loco) innumeram significare hominum multitudinem. In quam ego sententiam libentiùs abeo, quia neque abhorret à sacræ Scripturæ consuetudine, et multa extricat, quæ sacram historiam et filum narrationis impediunt. Quod magis quæ proximè succedunt, ostendent.

ET OMNE OS QUOD NON ADORAVIT EUM OSCULANS MANUS. Duo hic ponuntur adorationis genera usitata olim à gentilibus impiè, nunc autem à Christianis religiosè ac piè. Alterum est incurvare genua, quod ut demittit et abjicit corpus, sic etiam demissum et abjectum significat animum coram illo cui exhibetur religiosus honor. Alterum est osculari simulacrum, aut applicito ore, osculo proximè libato, aut ubi manus simulacrum tetigerit, illam ad os referre, et partem illam eâ ratione venerari, quia rem meruit contrèctare sacram, quæque censetur ex rei sacræ contactu aliquid libasse et contraxisse sanctitatis. Quòd si adèò res procul illa absit, in quâ profitemur aliquid esse divinum, ut tangi non possit, ad illam saltem manus extenditur, cui deinde tanquam rei quodammodò sacræ osculum imprimitur. Quod faciebant idololatræ, cum solem adorarent, quod indicat Job cap. 31, v. 26 : *Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incedentem clarè, et letatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo*. Hujus consuetudinis externi quoque meminerunt; Plinius lib. 28, c. 2 : « Inter adorandum dexteram ad osculum referimus. » Minutius in Octavio : « Cæcilius simulacro Serapidis viso, ut vulgus supersticiosus solet, manum ori admovent osculum labiis impressit. » Aliquando non osculabantur manum, sed conformabant labia, quasi osculum absentibus impressura, observantiæ atque amoris signum. Quo modo qui plusquam familiariter amant, se vicissim non tam re, quam imagine quâdam et significatione osculantur absentes. Ita Tertullianus, in Apologetico cap. 16, ad gentiles : « Sed et plerique vestrum in affectatione aliquando ut cœlestia adorandi ad solis ortum labia vibratis. » His omnibus modis credo ab idololatris Israelitis cultum fuisse Baalem, et præcipuè osculo ab ore verè et propius impresso, quod faciebant, nisi quid interjectum obstaret, gentiles in suâ adoratione frequentius. Quâ de re externi plurima. Unum tantum adducam ex Cicerone, actione 4 in Ver-

rem, ubi Tullius dicit simulacrum Herculis æreum usque adèò Agrigentinis fuisse religiosum, « ut rictus ejus, et mentum paulò sit attritius, quod in precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent. » In Hebraico textu tantum habemus, quod non osculatum est eum. Et ita recentes aliæ versiones transtulerunt. Vulgatus manus addidit, ut certam aliquam adorandi formam exprimeret, et quia hæc fortassè fuit in adorando Baale aut sola, aut certè magis usitata. Sed est non improbabile alias etiam intercessisse osculorum formas.

Hic porrò observandum eosdem omninò esse illos de quibus hic dicitur non incurvasse genua, et eos qui ab impuris oculis dicuntur abstinuisse labia. Ita putat Abulensis quæst. 23. Quod facilè ille sibi persuadebit, qui textum adhibuerit Hebraicum, et alias translationes, tam novas quam antiquas, unâ exceptâ Vulgatâ, cujus tamen eadem est sententia, licet translatio paulò obscurior. Ad verbum sic habet Hebraicus codex : *Et relinquam in Israel septem millia, omnia genua, quæ non curvaverunt se ad Baal, et omne os, quod non osculatum illum*. Ita fermè translationes aliæ; Septuaginta paulò aliter : *Et relinques in Israel septem millia virorum, omnia genua, quæ non flexerunt genu ipsi Baal, et omne os, quod non adoravit eum*.

Hic ego epexegesis quamdam agnosco, id est, iteratam sententiam, quæ nihil addit hemistichio priori, sed tantum rem declarat et amplificat. Quare hic nihil significatur aliud quam ex gravi clade tantum relictum iri septem millia virorum, qui non adoraverunt Baal. Quod videtur expressisse Paulus ad Romanos cap. 11, vers. 4, ubi altero tantum hemistichio totam sententiam complexus est. Sic autem ille : *Sed quid dicit illi (nempe Eliæ) divinum responsum : Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal*. Nihil hic de superstitionum numero reliquit Paulus, et tamen alteram reliquit hemistichii partem. Neque aliud significat vulgata translatio, quam sic ordino : *Derelinquam mihi septem millia virorum (hic distinctionem adhibeo) eos videlicet, qui non incurvaverunt genua ante Baal, neque illum per osculum adoraverunt*. Quòd autem vulgatus non transtulerit eodem modo quo alii Hebraicos codices secuti, ea videtur esse ratio, quia imitari voluit Apostolum, qui eodem ferè modo alteram hemistichii partem priorem convertit.

VERS. 19. — PROPECTUS ERGO INDE ELIAS, REPERIT ELISEUM FILIUM SAPHAT ARANTEM IN DUO-

DECIMJUGIS BOVM (1). Cùm ad Elisæum pervenit Elias, jam in Syriâ unxerat Hazaelem; ut enim paulò ante vidimus, jussus fuerat per desertum adire Damascus, et sicut primo loco nominatus est Hazael, sic etiam verisimile est primo etiam loco fuisse unctum ab Eliâ, et deinde Jehu, tertio tandem Elisæum. Cur verò hic nihil de utriusque regis unctione, ea causa fuit, quia in illorum unctione speciale aliquid nihil accidit descriptione dignum, et divinum mandatum ab homine fideli atque obsequenti susceptum satis indicat, nihil in modo atque ordine executionis omissum eorum quæ à Deo priùs fuissent injuncta. Pater Elisei dicitur esse Saphat, homo, ut apparet, rei rusticæ locuples et potens, ut qui duodecim boum jugis araret. Quòd autem non araret Eliseus tanquam servus alienum agrum, sed paternum ac suum excoleret, ex eo fit probabile, quia par tractavit boum, quos cum in aratro coisset, aratorum turbæ ac populo distribuit,

(1) *Elie s'étant approché d'Elisée, mit son manteau sur lui; et Elisée quitta aussitôt ses bœufs, et courut après Elie*, etc. On peut juger du dessein qu'avait Elie en couvrant de son manteau Elisée, parce qu'on vit arriver depuis, lorsque ce manteau miraculeux eut la force de diviser les eaux du Jourdain deux fois différentes pour faire passer à sec ce saint maître et son disciple. Il voulait donc, en le revêtant de son manteau, le revêtir en même temps de son esprit, ce qui arriva effectivement, puisqu'Elisée en étant rempli dans l'instant, quitta aussitôt ses bœufs, et courut après Elie, imitant ainsi, ou pour mieux dire, figurant très-longtemps auparavant la promptitude avec laquelle les Apôtres quittèrent depuis et leurs filets et leurs barques, pour se mettre à la suite de Jésus-Christ. Que s'il demanda la permission d'aller saluer son père et sa mère, ce que les Apôtres ne firent pas, il paraît assez qu'il ne le fit point par aucune attache, mais pour s'acquitter de son devoir et dans la simplicité de son cœur. Aussi Elie le lui permit, mais en lui disant ces paroles remarquables et pleines d'instruction : *Allez, et revenez, car j'ai fait pour vous ce qui dépendait de moi*, ce qui est la même chose que s'il lui eût dit : Prenez bien garde à ne pas être infidèle à cette grâce de votre vocation que Dieu vous a conférée par mon ministère. Car pour moi, je me suis acquitté de l'ordre qu'il m'avait donné à votre égard. Et c'est à vous maintenant de répondre à ce qu'il demande de vous. C'est pourquoi ne vous attachez pas à votre père et à votre mère; mais revenez aussitôt que vous aurez pris congé d'eux.

Quelques-uns ont cru qu'Elisée n'avait point reçu d'autre onction pour être prophète, que d'avoir été couvert du manteau d'Elie. Mais d'autres témoignent, ce qui est plus vraisemblable, qu'encore que l'Écriture n'exprime point qu'il ait été oint, il le fut sans doute, selon l'ordre que Dieu en avait donné à Elie, et qu'il dit lui-même avoir accompli. (Saey.)

quod servus neque posset facere, neque aude- ret. De tribu fuisse Ruben dixit S. Epiphanius de Vitâ et Interitu prophetarum c. 6; Isidorus de Vitâ et Morte sanctorum cap. 36. Hi autem cum auctore Historiæ Scholasticæ, et cum Joanne episcopo Hierosolymitano 15, dicunt in ortu Elisei mugisse unum è vitulis aureis, quos conflavit Jeroboam, et illius mugitum auditum fuisse Hierosolymis, et ex eo sacerdotem quemdam prudentem conjectasse, eo die aliquem esse natum, qui futurus esset sculptilibus omnibus atque idolis extrema labes. Plura deinceps occurrunt de Eliseo, quæ nos suis locis multò commodius. Quòd verò hic dicitur arasse in duodecim jugis, nihil arbitror aliud quam in suis aut paternis agris colendis habuisse duodecim juga, quibus ipse præerat, neque ipsum laborem illum rusticum recusasse, cum unus quoque foret ex aratorum numero.

CUMQUE VENISSET ELIAS AD EUM, POSUIT PALLIUM SUUM SUPER ILLUM. Hic nonnulli, de quibus paulò antea, cogitant hoc pallium Eliseo fuisse pro unctione et oleo, quia prophetali amictu destinatus videbatur et assumptus ad prophetale ministerium. Quod, meo judicio, dici non debet, quia nimis sunt voces à suâ proprietate distortæ: neque etiam si minùs dura foret illa translatio, sine gravi causâ vocum esset descendenda proprietas. Est porrò Patrum communis sententia, tres hominum ordines inungi solitos, sacerdotes, reges et prophetas, et omnes Elisæum nominant: neque enim ullus alius in Scripturâ reperitur, qui fuerit unctione ad munus illud destinatus. Ita S. Thomas ad illud Psal. 44 : *Propterea unxit te Deus*. Et in c. 1 Matthæi ad illud : *Liber generationis Jesu Christi*. Quâ de re nos pluribus in nostris Commentariis ad illud cap. 10 super Acta : *Quomodo unxit eum*. Esse autem hanc unctionem Elisei propriam docuit Innocentius tertius, cap. unico de sacrâ unctione, ibi hoc ipsum caput adduxit : « In veteri, inquit, Testamento non solum ungebatur sacerdos, sed etiam rex et propheta; sicut in lib. 3 Regum Dominus præcepit Eliæ: *Vade et revertere, etc. Elisæum autem prophetam, qui est de Abel Meula, unges prophetam pro te.* »

Quid ergo, dices, sibi velle potuit injectum pallium ab Eliâ Eliseo? Illud, opinor, ut postquam unctione designatus esset propheta, per pallii communicationem ad eandem societatem et vitæ communionem vocaretur. Neque enim, si propheta esset, eo nomine cogebatur cum Eliâ vitam degere communem. *Injecto*

itaque pallio, in suam sibi societatem adseivit, quasi ejusdem secum instituti participem; quo modo ex veteri Hebræorum ritu sponsus, quam habere vult domus thalamicæ consortem, suo tegit pallio, ut docuit Ruth, quæ cum nuptias expeteret Booz, dixit cap. 3, v. 9: *Expande pallium tuum super famulam tuam*. Et Ezech. c. 16, v. 8: *Expandi amictum meum super te*. Et quidem si eo jam tempore Elias discipulos habuit, qui ut vitæ genus, sic etiam instituti insigne, et indumentum habuere commune, dum pallium injicit, ad suum institutum vocat et cœtum. Quod non videtur ignorasse Eliseus, quandoquidem orat sibi ut liceat osculari parentes, ut, illorum postea oblitus, deinde illum expeditior sequatur. Unctio igitur fecit prophetam Eliseum; pallium autem contubernalem et monachum.

VERS. 20. — (1) OSCULER, ORO, PATREM MEUM ET MATREM. Consuetudo fuit inter Hebræos ut osculo exciperent, et osculo item dimitterent cognatos et amicos: cujus rei in Scripturâ sacrâ exempla sunt obvia. Unus Jacob utriusque nobis documento erit; nam Genes. cap. 29, v. 14, cum cognatam sibi Rachelem primùm vidisset, juxta patrium morem osculatus est illam. Et cap. 31, vers. 28, conquestus est Laban quòd furtim se corripisset Jacob; neque passus esset ut filias oscularetur abeuntes. Hoc porro osculum Elisei futurum esse postremum videbatur, quasi statuisset propheta novus, repudiatis omnibus, adhærere Elie, et Dei se totum obsequio atque tutelæ tradere.

VERS. 21. — REVERSUS AUTEM AB EO (2) TULIT

(1) QUOD MEUM ERAT, FECI TIBI. Dei jussiones explere, tuum est; ego mea omnia complevi. Sequere impetum et ductum agentis intus Numinis. Hebræus: *Quia quid feci tibi?* Considera attentius id quod in te operatus sum. Ne retrorsum redeas: *Hoc age*. Nihil aliud cures, nullâ tangaris sollicitudine, quam ut Deum vocantem sequaris. Aliter: *Quia quid feci tibi?* An coegi te mihi socium addi? Tuum erit quid tibi facto opus sit, quid Deus jubeat, inquirere. Ego quod tibi imperem, nihil habeo. (Calmet.)

(2) REVERSUS AB EO TULIT PAR BOUM. Maluerim ego textum ita reddere: *Dixit ei Elias: Vade et revertere, quia quid feci tibi? Et rediit retro post illum*, id est, rediit absolutis omnibus, quorum causâ ab illo discesserat. Vel planius: Rediit ad Eliam, quem ad aliquid temporis dimiserat; rediit, inquam, ducens par boum, quibus mactatis coctisque instruxit convivium parentibus ac gentibus suis, qui vale ipsi dicturi ex urbe venerant. Abelmeulam Elias non venit, sed in eodem agro, ubi prius convenerat Eliseum, redeuntem illum expectavit. (Calmet.)

Elisée étant retourné vers ses proches, prit ensuite, etc. Ce qui semble obscur en ce lieu se peut expliquer en cette manière, selon tous

PAR BOUM, ET MACTAVIT, etc. Duo hic invenio, quæ maximè Elisei commendant alacritatem in relinquendo seculo, et in amplexando religioso instituto strenuum animum, et studium fidele. Alterum in mactandis bobus, et aratro comburendo, quasi nuntium jam remitteret ruri, rusticisque proventibus, neque aliquid habere vellet, à quo postea de medio revocaretur cursu. Alterum, quòd convivium paravit rusticæ ac populari turbæ, quod fieri solet, aut cum aliquid accedit fortunatum et lætum, ut in triumpho et nuptiis, aut in feriis parentalibus, cum vitâ jam functis justa persolvimus. Hæc duo videri possunt novo prophætæ ac monacho contigisse. Iniiit enim nuptias felicissimas cum Deo, quem ex omnibus sponsum elegit, quia, utpote propheta, jam cum illo familiarem atque intimum convictum habiturus est. Atque ideò exhibere voluit aliis nuptiale et verè geniale convivium. Quod etiam facere debuit alio nomine, quia qui religiosum ingreditur stadium, quod homines expeditos desiderat et nudos à seculari pondere, ille si sui instituti rationem, et quid exigat illa nova vivendi forma, cognoverit, mortuum se putabit et mundo et sibi. Quare, quæ mortuorum sunt, meditatur et curat; et ita se gerit, quasi neque motum habeat ullum, non ullum sensum, non aliquid eorum ad quæ, cum seculo et sibi viveret, magno anhelabat studio. Quòd autem apud Hebræos in mortuorum parentalibus sacris publicum instruat convivium, diximus in nostris Commentariis super Jeremiam ad illud cap. 26, v. 5: *Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum*. Et super Ezechielem cap. 24, v. 17: *Nec cibos lugentium comedes*. Hæc probabilia, sed credo illud potius geniale quàm ferale convivium, quod putavit Cajetanus.

les interprètes: Elisée, quittant Elie, s'en retourna vers ses proches. Et après qu'il eut prit congé d'eux, il revint au même lieu où il labourait auparavant, accompagné de plusieurs personnes qui le suivirent, à cause qu'il s'en allait les quitter. Il tua deux bœufs, dont il fit cuire la viande avec le bois même de sa charue, soit pour ne point perdre de temps à aller couper d'autre bois, soit pour témoigner par là qu'il renonçait à la vie qu'il avait menée jusqu'alors; et il en donna à manger à ceux qui étaient présents. Aussitôt après il s'en alla, et suivit Elie, qu'il servait comme son disciple. On laisse à faire la réflexion sur une conduite si sainte, et il suffit d'ajouter ici avec saint Jérôme, que ce que fit extérieurement Elisée en quittant ses bœufs, et en brûlant sa charue, était la figure du changement tout divin par lequel il renonça à sa vie passée pour se vouer tout entier à Dieu. *Eliseus boves et juga prioris operis vertit in vota.* (Sacy.)

Quomodo fecit multò postea Matthæus, qui vocatus à Christo reliquit omnia, et convivium apparavit splendidum, ad quod Christum cum CAPUT XX.

1. Porro Benadad rex Syriæ congregavit omnem exercitum suum, et triginta duos reges secum, et equos et currus; et, ascendens, pugnabat contra Samariam et obtinebat eam.

2. Mittensque nuntios ad Achab, regem Israel, in civitatem,

3. Ait: Hæc dicit Benadad: Argentum tuum et aurum tuum meum est; et uxores tuæ et filii tui optimi, mei sunt.

4. Responditque rex Israel: Juxta verbum tuum, domine mi rex, tuus sum ego et omnia mea.

5. Revertentesque nuntii, dixerunt: Hæc dicit Benadad, qui misit nos ad te: Argentum tuum, et aurum tuum, et uxores tuas, et filios tuos dabis mihi.

6. Cras igitur hæc eadem horâ mittam servos meos ad te, et scrutabuntur domum tuam et domum servorum tuorum, et omne quod eis placuerit ponent in manibus suis et auferent.

7. Vocavit autem rex Israel omnes seniores terræ, et ait: Animadvertite et videte quoniam insidiatur nobis; misit enim ad me pro uxoribus meis et filiis, et pro argento et auro, et non abnui.

8. Dixeruntque omnes majores natu et universus populus ad eum: Non audias neque acquiescas illi.

9. Respondit itaque nuntiis Benadad: Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me servum tuum in initio faciam, hæc autem rem facere non possum.

10. Reversique nuntii retulerunt ei. Qui remisit, et ait: Hæc faciant mihi dii et hæc addant, si suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me!

11. Et respondens rex Israel ait: Dicite ei: Ne glorietur accinctus æquè ut discinctus.

12. Factum est autem, cum audisset Benadad verbum istud, bibebat ipse et reges in umbraculis, et ait servis suis: Circumdate civitatem. Et circumdederunt eam.

13. Et ecce propheta unus accedens ad

discipulis, et eorum aliquos, quos habuerat amicos et socios, invitavit, Matth. cap. 9.

CHAPITRE XX.

1. Or Bénadad, roi de Syrie, ayant rassemblé toute son armée, sa cavalerie et ses chariots, et trente-deux rois avec lui, marcha pour attaquer Samarie, et l'assiégea.

2. Et il envoya dans la ville des ambassadeurs à Achab, roi d'Israël,

3. Pour lui dire: Voici ce que dit Bénadad: Votre argent et votre or est à moi, vos femmes et vos enfants les mieux faits sont à moi.

4. Le roi d'Israël lui répondit: O roi mon seigneur, je suis à vous, comme vous le dites, et tout ce que j'ai est à vous.

5. Les ambassadeurs, revenant, dirent: Voici ce que dit Bénadad, qui nous a envoyés vers vous: Vous me donnerez votre argent, votre or, vos femmes et vos fils.

6. Demain donc, à la même heure, j'enverrai mes serviteurs vers vous; ils visiteront votre maison et la maison de vos serviteurs, et ils prendront tout ce qui leur plaira et l'emporteront.

7. Alors le roi d'Israël fit venir tous les anciens de son peuple, et leur dit: Considérez et voyez qu'il nous tend un piège, car il m'a déjà envoyé pour mes femmes, pour mes fils, pour mon argent et mon or, et je ne lui ai rien refusé.

8. Tous les anciens et tout le peuple lui répondirent: Ne l'écoutez point, et ne vous rendez point à ce qu'il désire.

9. Achab répondit donc aux ambassadeurs de Bénadad: Dites au roi mon seigneur: Je ferai toutes les choses que vous m'avez demandées, à moi votre serviteur, mais pour cette dernière chose, je ne le puis.

10. Les ambassadeurs s'en étant retournés firent leur rapport à Bénadad, qui, les renvoyant encore, fit dire: Que les dieux me traitent dans toute leur sévérité, si toute la poussière de Samarie suffit pour remplir seulement le creux de la main de tous les gens qui me suivent!

11. Le roi d'Israël leur répondit: Dites à votre maître: Celui qui prend les armes ne doit pas se vanter, comme celui qui les quitte.

12. Bénadad reçut cette réponse lorsqu'il buvait dans sa tente avec les autres rois, et il dit à ses gens: Qu'on aille investir la ville. Et ils l'investirent.